

Oglasnik lavantinske škofije.

Vsebina. 25. Porciunkulski odpustek. — 26. Jurisdikcija tujih sosednih duhovnikov v obmejnih župnijah naše škofije. — 27. Proslava treznosti na god sv. Janeza Krstnika. — 28. Štatistika izseljencev. — 29. Osebna naznanila.

25.

Porciunkulski odpustek.

Decretum de normis in concedenda et lucranda Indulgentia Portiunculae.¹

Ut septimi pleni saeculi ab condito feliciter amplissimo Minorum Ordine et memoria et fructus quam diutissime permanerent, fel. rec. Pius PP. X, Litteris motu proprio die IX. mensis Iunii anni MDCCCCX datis, benigne concessit, ut eo ipso dumtaxat saeculari anno, Portiunculae Indulgentia, quam vocant, ad alias projerri posset ecclesias atque oratoria, quae de Ordine Minorum non essent, necessarias atque oportunas ad rem facultates singulis locorum Ordinariis tribuendo.

Verum, id per insequentem annum, cum eiusdem indulgentiae lucrandae dies haud longe abesset, evenit, ut ad Supremam S. Officii Congregationem, cui tum munus moderandarum indulgentiarum incumbere, innumerabiles undique perferrentur libelli, quibus postulabatur, placeret Apostolicae Sedi, aut indulta ante a quovis data porogare aut nova eius generis largiri, ut, quo praestantissimo ecclesiis sane multis frui licuerat beneficio, id deinde postea fruendum consisteret. Iamvero Emi ac Rimi PP. Inquisitores Generales, cum sibi visum esset Christi fidelium vota posse utiliter admitti atque expleri, censuerunt certas quasdam leges praestitui oportere, ad quas Indulgentia Portiunculae in posterum concederetur. Ne tamen Ecclesiae filii, usquedum eiusmodi leges conderentur, tam insigni beneficio carerent, iidem Emi Patres, decreto die XXVI mensis maii anni MDCCCCXI lato, quod tamdiu valeret quoad aliquid aliud decerneretur, concessiones antea factas facultatesque Ordinariis locorum tributas sine die prorogarunt.

Opus a S. Congregatione S. Officii inchoatum Sacra Poenitentiaria Apostolica, cuius nunc est indulgentiarum concessionem usumque moderari, perfidendum cum sibi pro munere suo sumpsisset, re accurate perpensa, haec, quae sequuntur, ad Indulgentiam Portiunculae quod attinet, in posterum servanda esse decretivit:

I. Ut veneratio, qua Assisiense de Portiuncula Sacellum fideles prosequuntur, nihil unquam capiat detrimenti, immo etiam cotidie magis augeatur, in nulla ecclesia nulloque oratorio, vel Franciscalis cuiuslibet Instituti, quod a memorato Sacello minus distet quam infra n. V. praescribitur, haec Indulgentia altero die mensis augusti lucrifieri in posterum queat, etsi id antehac licuit, nisi ab iis tantum qui domum ecclesiae vel oratorio continentem incolant, modo tamen aut physice aut moraliter impedianter quominus ad idem Portiunculae Sacellum se conferant.

II. Perpetuae huius Indulgentiae concessiones, adhuc quoquo modo factae, integrae in posterum sunt, ea tamen conditione, ut normae, hoc decreto futuris concessionibus moderandis statutae, omnino serventur, si eam unice excipias quae ad distantiam pertinet.

III. Indulta omnia temporaria, scilicet aut certum tempus aut sine die aut ad beneplacitum a quovis legitime concessa, inde a die XXXI. mensis decembris vertente anno abrogata habeantur ac cessent. Quodsi nova in futurum indulta alicunde postulari contingat, libelli, ad Sacram Poenitentiariam mittendi, ratio non habebitur, nisi Ordinarius loci preces commendet omnibusque perpensis de vera concessionis opportunitate atque utilitate testificetur.

IV. Si quando privilegium huius Indulgentiae largendum sit, aedes sacrae preeferantur, quae B. Mariae Virginis Angelorum vel Francisco Assisiensi dicatae sint aut in quibus aliqua sedem habeat e Confraternitatibus seraphicis; quae aedes sicubi desint, templum cathedralia vel parochialia ceteris plerumque anteponantur.

V. Ecclesiae vel publica oratoria ut privilegio hoc locupletentur, distent oportet tria, ut vocant, chilometra ab aliis ecclesiis vel oratoriis quae ad aliquem Franciscalem Ordinem pertineant aut eodem privilegio fruantur.

VI. Si qua peculiari de causa haec Indulgentia semipublicis oratoriis concedenda videatur, eadem unquam ne faveat nisi communitati vel coetui fidelium, in cuius commodum oratoria illa erecta sint.

VII. Ordinariis locorum, parochis et ipsis rectribus aedium sacrarum, in quibus privilegium insit, facultas esto, si quidem iustis de causis id expedire iudicarint, pro altero mensis augusti die, qui dominicus non sit, substituendi, ad Indulgentiam lucrandam, diem dominicum proxime insequentem.

VIII. In iisdem ecclesiis vel oratoriis, quamdiu, ex praescripto, invisentibus, Indulgentiae acquirendae causa, fidelibus patebunt, tamdiu Reliquiae S. Francisci Assisiensis vel B. Mariae Virginis, aut saltem Imago vel statua eiusdem Sancti vel. B. Mariae Virginis Angelorum, venerationi fidelium propositae maneant. Publicae praeterea preces ibidem pro Summo Pontifice universaque militanti Ecclesia, pro haeresum extirpatione peccatorumque conversione, pro pace et concordia omnium populorum, Deo adhibeantur, quo tempore id fieri opportunius videbitur; sacerque iste ritus, premissis tum B. Mariae Virginis Angelorum et Seraphici Patriarchae invocatione, tum Litaniis Sanctorum, Eucharistica benedictione absolvatur.

IX. Qui Indulgentiam Portiunculae lucrari cupiat, is admissa sua confiteatur, ab iisque, si opus sit, absolutus, sacra de altari libet; ecclesiam vel oratorium, privilegio ditata, invisat, precesque ad mentem Summi

Pontificis de more fundat, idest saltem sexies Pater, Ave et Gloria in unaquaque earum visitationum, quas ad indulgentiam iterum iterumque impetrandam rite peragat.

X. Altero mensis augusti die vel die dominico proxime insequenti, condicionibus superiore n. IX. statutis eos quoque stare oportet, si velint Indulgentiae compotes fieri, qui reliquis per annum diebus eo frumentur indulto, ut sola sex Pater, Ave et Gloria recitatione, praeter alias, etiam Portiunculae Indulgentiam lucrari queant.

Quae quidem omnia Ssmus Dominus Noster Pius divina Providentia Pp. XI, in audientia die XVI. mensis Maii subscripto Cardinali Poenitentiario Maiori imperita, adprobavit promulgarique iussit. Contrariis qui-

buslibet, etiam specialissima atque individua mentione dignis, minime obstantibus.

Datum Romae ex Aedibus Sacrae Poenitentiariae, die X. mensis Iulii, anno MDCCCCXXIV.

O. Card. Giorgi, Poenitentiarius Maior.

Silvius Fagiolo,

S. Poenit. Apost. a Secretis.

* * *

Po tem odioku ne bo več tako lahko dobiti porciunkulski odpustek, kakor je to bilo do lanskega leta. Vse tozadevne, ne za vselej podeljene predpravice posameznih cerkev so ugasnilne z 31. decembrom 1924. Škofje ne morejo več sami določiti cerkev, v katerih se more dobiti ta odpustek. To milost bo zanaprej podeljevala le sveta penitenciarija v Rimu. Dotične prošnje morajo biti v zmislu zgornjega odloka dobro utemeljene in od škofa priporočene.

26.

Jurisdikcija tujih sosednih duhovnikov v obmejnih župnijah naše škofije.

Na škofijski ordinariat so došla vprašanja, ali imajo duhovniki tujih škofij iz navade jurisdikcijo v sosednih župnijah naše škofije.

Da se v tem oziru izključi vsak dvom, se določi,

da morejo obmejni duhovniki tujih škofij veljavno izpovedovati v sosednih župnijah naše škofije, ako imajo izpovedno pravico v svoji škofiji in ako jih povabi dotični župnik naše škofije.

27.

Proslava treznosti na god sv. Janeza Krstnika.

Pravi prerod našega naroda je v prvi vrsti odvisen od verske in moralne obnove narodovega življenja. Zato se naj skušajo odstraniti vse ovire, ki zadržujejo to prepotrebno obnovo. Glasom resolucije V. katoliškega shoda pa „je alkoholizem in z njim združena razuzdanost največja ovira verskemu življe-

nju, vzrok, da delo na verskem polju ne rodi zaželenega sadu“. Zato se naj oglasijo vsi dušni pastirji cele škofije na praznik sv. Janeza Krstnika, t. j. v nedeljo 21. junija ter, ko proslavlajo sv. Janeza, z ognjevito besedo popišejo vernemu ljudstvu prepubne posledice nerednega uživanja opojnih pijač.

28.

Štatistika izseljencev.

Društvo „Dobrodelnost“ v Ljubljani je prevzelo skrb in zaščito za naše izseljence. Začelo je izdajati v to svrhu list „Naš Zvon“, ki se bo razpošiljal izseljencem, da jih ohranimo v veri, domovini in svojemu narodu. Zbralo bi imenovano društvo rado naslove zlasti naših važnejših izseljencev, izdalо tozadenvno statistiko in izseljeniški almanah.

Zato prosi isto vse župnijske urade, ki imajo

izseljence, naj isti do konca meseca maja pošljejo na škofijski konzistorij v Mariboru sledeče podatke:

1. Koliko je župljanov odsotnih izven Slovenije?
2. V kateri državi in pokrajini se nahajajo?
3. Imena važnejših izseljencev, ki se odlikujejo po svoji izobrazbi in društvenem položaju n. pr. duhovnikov, trgovcev, industrijev itd. Tudi imena naših vojakov zlasti v južni Srbiji se naj naznanijo.

29.

Osebna naznanila.

Imenovani so gospodje; Dr. Jožef Somrek, šk. duhovni svetovalec in bogoslovni profesor v Mariboru, članom izpravnega komisije za srednje šole in tem sorodna učilišča (11. marca 1925); Jožef Kardinar in Anton Cestnik, gimn. profesorja v Celju, za šk. konzistorialna svetovalca (26. marca 1925); Peter Jurak, opat in mestni župnik Celjski, za dekanata Celjske dekanije (1. aprila 1925); Pavel Živortnik pri vodstvu tiskarne sv. Cirila v Mariboru začasnim veroučiteljem na mariborski drž. gimnaziji (1. marca 1925); Evald Vračko, župnik pri Sv. Iiju v Slov. goricah, Miroslav Horvat, župn. upravitelj pri Veliki Nedelji in Franc Ks. Bratušek, župnik pri Svetinjah, za škofijske duhovne svetovalce (26. aprila in 9. ozir. 14. maja t. l.).

Umeščen je bil g. Franc Sal. Spindler, župnik pri Sv. Juriju na Pesnici, kot župnik pri Sv. Lavrenciju na Dravskem polju (1. marca 1925).

Postavljeni so gospodje: Ernest Terstenjak za provizorja pri Sv. Juriju ob Pesnici (1. marca 1925); Venceslav Jastrobnik za provizorja pri Sv. Ožbaltu ob Dravi (15. marca 1925) in Janez Jurko, župnik v Starem trgu, za soprovizorja v Pamečah (15. majnika 1925).

Dovolilo se je g. Martinu Medvedu, kapelanu na Teharjih, da začasno odide v nadškofijo Beograd (s 1. aprilom 1925).

Nastavljeni so bili gospodje: Anton Rantaša, kapelan v Turnišču, kot eksposit na Veliki Poljani (1. marca 1925);

vpop. župnik Jožef Kolarč kot kapelan na Sladkigori (13 aprila 1925) in Lavrencij Schlamberger kot kapelan pri Sv. Vidu na Planini (1. majnika 1925).

Prestavljeni so gg. kapelani: Janez Ogulin iz Galicije pri Celju na Tinje, Janez Greif od Sv. Ilja v Slov. goricah v Turnišče in Franc Babšek iz Črešnjevca k Sv. Ilju v Slov. gor. (1. marca 1925); Pavel Vesenjak pa iz Loč na Teharje (1. aprila 1925).

Dopust zaradi bolezni so dobili gospodje: Martin Vrzelak, kapelan na G. Poljskavi (14. februarja 1925); Jožef Dušič, kapelan na Rečici (18. marca 1925) in Janez Krušič, kapelan pri Sv. Petru pod Svetimi gorami (6. majnika 1925).

V stalin pokoj sta stopila gg. Janez Zadravec, župnik pri Sv. Lavrenciju na Dravskem polju (1. marca 1925) in Janez Schiffer, provizor v Pamečah (1. maja 1925).

Začasno prazno ostane mesto kapelana na G. Poljskavi, na Črešnjevcu, v Galiciji pri Celju, v Ločah, pri Sv. Petru pod Svetimi gorami in na Rečici.

Umrla sta msg. dr. Anton Medved, svetega očeta Pija XI. častni tajni komornik, kn. šk. duhovni svetovalec in profesor veronauka na drž. gimnaziji v Mariboru, dne 26. februarja 1925, v 63. letu svoje starosti in g. Janez Sušnik, pregledovalec računov pri šk. knjigovodstvu v Mariboru, dne 30. aprila 1925, v 64. letu svoje starosti. R. I. P.

Lavantinski škofijski ordinariat v Mariboru,

dne 18. maja 1925.